PLATO. ARISTOTELES

Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 4v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

excellentiam omnes literati apud nos viri fama noverint int
quos pre ceteris tue pyetatis dignitatis laudator fuit et auctor
Reverendissimus pater baiocensis episcopus / vir non solum doctrina lrãz
literatum sed humanitate / caritate et obsequio mitissimus tuique
nominis precipuus amator · Is cum multa de virtute de humanitate
de prudentia tua nobis retulisset / tum mirum in modum extulit
diligentiam / et amorem tue claritatis erga studia litterarum qua de re
profecto gaudent hy qui bonarum artium studiis solent oblectari / quod
etate mea non omnio extincta sint simulacra principum optimorum
Quippe cum talis cesar fuerit / talis augustus / tales multi preclari
viri / quorum fama est immortalis Itaque cum multi ex hac gloria
amorem tuo (tuum) certatim appetant ipse in primis tuam graciam non
verbis tantum sed operibus assequi contendo / et quidem optimis
et dignitate et tua dignis Cum igitur intelligam leonhardum
arretinum / virum grece latineque lingwe satis eruditum / Aristotilis
politicam quam tuo nomine vertendam sumpserat / non tue ex
tellentie sed domini mei pape sanctitati direxisse / statui nomen
tuum per se satis illustre non inferiori munere exornare / et exi
miam laudem tuam penitus extollere / Felicissime igitur ex
grecis literis traducere inchoavi politicam platonis / philosophi
omnium clarissimi quam tue dignitati dedicavi quo quidem opere
nil excellentius / nil utilius nil preclarius te unquam vidisse con
fitebēris / aut legisse / et vere nostres non frustra tanti pluri non
in ore / Ambrosy Jeronimi / Augustini pretribuisse / non frustra
etiam antiquis et eruditis viris fuisse cordi / Nam si eloquentiam
queris / hic lacteus lacteus est fons · si sensus / hic splen
didius sol vere sapientie / Hic denique boni et veri principis tibi
formam tradet Rerum etiam publicarum gubernatores tam perfecte
quam eleganter exponet Expecto itaque declarari literis tue dignitatis
an velis me laborem istum sanctissimum in laudem tui nominis
assumere vt spero sempiternam tui me obsequentissimum omni
tempore commendo Vale ;

et excellentissimi /